
A. & N. Laurentius.

Aſsertio orthodoxa
de
duplice morte hominis


Hafn., 1584.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

3. - 191.
Box
LN 1041
ex. 1
M
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

ASSERTIO
De Duplice Morte Hominis
ORTHODOXA, QVAM PRÆSIDE
D. ANDREA LAVRENTIO, pridie Kalend:
Martij, publicè, fretus Dei gratia, defendere
conabitur

NICOLAVS LAVRENTIVS
Nidroſienſis.

1. Corinth 15. V. 22.
Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viviſicantur.

HAFNIAE.
Impreſsit Laurentius Benedictus.
1584

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

THESES DE DUPLICE MORTE HOMINIS.

I.

SEria mortalitatis & beatæ immortalitatis noſtræ meditatio accēdit in animis piorum ardens vitæ æternæ deſiderium: & eos ad felicem ex hac vita emigrationem præparat.

II.

Quare dè morte hominis propoſitum eſt nobis hac quidem vite, ex verbo Dei in medium quædam adferre: aliâs ſi Deo ita viſum fuerit, dè vita dicturj ſumus.

III.

Mortem, quam Latini veteres, δυσφημίαν vitantes, abitionem vocarunt: duplicem eſſe, priorem & poſteriorem ex Apocalypſi D. Iohannis conſtat.

IIII.

Prior (ut à Simeone deſcribitur Lucæ 2. & à Paulo 2. ad Timoth. 4. à Petro tabernaculi depoſitio dicitur) eſt Animæ à corpore reſolutio, quæ perpetua minimè cenſenda eſt.

V.

Animæ n: à corporibus ſejunctæ in locum ſibi à Deo deſtinatum: piorum quidem ubi benè ipſis erit: impi-

orum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

orum vero ubi cruciatus ſentient, demigrant. Eccleſiaſtæ 12. Lucæ 16. 2. Petri 2.

VI.

Cauſa hujus mortis eſt, interdicti Dei, ab Adamo & Eva facta transgreſsio: & humorum cum infinitis aliis malis, eam ſecuta corruptio. geneſ: 2. Rom: 5 & 6.

VII.

Hæc mors, omnibus bonis & malis eſt communis. Rom: 5. Mors in omnes homines invaſit. Hebr: 9. Statutum eſt hominibus ſemel morj.

VIII.

Quod verò ſancti, & Deo cari homines eam non effugiant: ideo fit, ut in ſtatum eo longè meliorem, quàm is erat, quem in Adamo amiſerant, transferantur.

IX.

Etſi ea quoq; fidelibus & piis ſæpe eſt horrori: Pſal: 6 & 115. Eſa: 38. tamen læti, cum ipſorum horula venerit, decedunt, ut Aaron Num: 25. Simeon Lucæ 2. Paulus Philip: 1.

X.

Nec tamen eam ob cauſsam cuiquam pio antequam tempus venerit, eam ſibi exoptare: ac multo minus conſciſcere fas eſt. Nam vita eſt eximium Dei donum ejusq; prorogatio multis de cauſsis à Deo petenda.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

XI.

Mortis horam latere nos voluit Deus: Ecclеſ: 9. ut omni momento, ad relinquendam ſtationem noſtram, cum ita juſserit Deus imperator noſter, parati ſimus. Math: 24. Vigilate quia neſcitis horam.

XII.

Poſterior mors eſt Animæ & corporis à Deo ſeparatio: ſeu amoris Dei priuatio.

XIII.

Cauſsa eſt, interior totius hominis corruptio, quæ ab ipſo conceptus momento, eum iræ & judicij Dei reum facit. Pſal: 51. In peccatis concepit me mater mea. Epheſ: 2. Eramus naturâ filij iræ. Eſa: 59. Iniquitates disterminarunt inter vos & Deum.

XIII.

Ab hac morte fit liberatio, in hac quidem vita inchoanda, cum cœleſtis hæreditatis adeundæ jus, fide in Chriſtum, cujus Spiritu, peccato mortui, viuimus, adipiſcemur: Gal: 2. Vitam quam nunc vivo in carne, vivo per fidem filij Dei. Ioh: 5. Mortui audient vocem Filii Dei & vivent.

XV.

In altera verò perficienda, cum Deus erit omnia in omnibus. Prioris ad Corinth. 15. Tunc fiet illud quod ſcriptum eſt, Abſorpta eſt mors ad victoriam. 1. Ioh: 3. Videbitis eum ſicuti eſt.

Qui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

XVI.

Quicunq; vero extra Chriſtum decedunt ex hac vita: condemnationi & æternæ morti obnoxii ſunt. Ioh: 3. Qui non credit jam condemnatus eſt, & eodem capite Qui non credit filio non videbit vitam: Sed ira Dej manet ſuper eum.

XVII.

Eam mortem nemo abſq; immani ſcelere, ac offenſa Dej grauiſſima (quod tamen nimis ſæpè fit) ſibi, vel aliis imprecari poteſt.

XVIII.

Quicunq; enim id facit, gratiæ Dei contemptor eſt: nec quantum malum mors æterna ſit, ſatis, vt par erat, expendit.

XIX.

Remedium adverſus mortis terrores efficaciſſimum, eſt mortis & triumphi Chriſti unici noſtri, ſalvatoris & redemptoris ſalutaris meditatio.

XX.

Huc pertinet illud Epiphonema euchariſticum, 1. Chorinth: 15. Deo ſit gratia qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum IHEſum Chriſtum.

XXI.

Nulla ergo creata res nos ſeparare poteſt, à caritate Dei, quæ eſt in Ieſu Chriſto Domino noſtro Rom: 8.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

Porismata.

Ex iis, quæ jam à nobis dicta ſunt, conſtanter & verè conficitur, in denſiſſimis ignorationis tenebris verſari, & iræ Dei obnoxios eſſe omnes.

1 Qui mortem negant eſſe malam, ut Philoſophi quorum argumenta Cicero Tuſcula: 1. luculenter recenſet.

2. Qui mortem, animæ & corporis deletionem & abolitionem eſſe cenſent: ut Epicurei.

3. Qui tantum in hac vita peccatorum pænas eſſe docuerunt, ut Baſilidiani.

4. Qui violentas manus ſibi afferre, ac mortem conſciſcere, fas eſſe voluerunt, ut Patriciani.

5. Qui Animas ſtatis quibusſdam temporibus, in alia, atq́ alia corpora commeare, quod dogma μετεμψύχωσιν, & μετενσωμάτωσιν vocarunt, aſſerunt: ut Pythagorei, quorum errorem Plato in ſuo Timæo interpolavit.

6. Qui aliâs animorum purgationes, præter eam quæ Chriſti ſangvine facta eſt. comminiſcuntur, ut Platonici & Papiſtæ.

7. Qui negant animos hominum morte diſſolvi à corporibus: Sed in ſepulchris unà cum iis usq́ ad ultimi

timi judicii diem dormire: ut Arabici & Pſyco-
pannychitæ.

I. Quæſtio.

An rectè ſenſerint qui Adamum moriturum, etiamſi non peccaßet, exiſtimarunt.

II.

An rectè dictum ſit, Optimum eße non naſci: et huic proximum, citißimè mori.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1041 4° copy 1